Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Capvt Qvartvm

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

rationale. Etenim cum Genus proximum [illegible] superiora Genera eorum Differentias complectatur ideo addita sola ultimae Differentiae sufficienter explicatur natura speciei, et si praeterea etiam aliquod Genus vel differentia superior adderetur vitium nugationis committeretur. Ut si v. g. hominem quis definire vellet, Animal rationale corporeum vel Aut rationale sensitivum. Videatur etiam Fon. 5. Inst. c. 5. Et plura circa hoc caput apud Toletum et Conimb. in commentariis.

CAPUT QUARTUM.

De PROPRIO.

Porphyrius in hoc capite quatuor proprij significata adfert, quae etiam apud Fon. c. 6. leguntur. Ex. S. Thoma opus. 24 c. 2. notandum

Primo. Proprium plerumque esse primae Intentionis sed in ista materia et tractatione Logica [illegible] tionaliter accipi.

Notandum ~~2do ex Sbcte. 1. Post.~~ [illegible]
esse propriae simplicia, ut Risibile, hinnibile etc. Quaedam
sub distinctione quadam [illegible] par aut impar, faciunt
unam proprietatem numeri et rectum vel curvum propri
etatem lineae; et quamvis neutrum determinate conveniat suo
Sbcto; tamen alterutrum indeterminate sumptum oi, soli
am semper convenit.

Notandum ~~2do~~ alias dici Proprietates Physicas, alias Logi
cas. Logicae proprietates sunt quae rebus 2do Intentio
naliter sumptis conveniunt et quae sunt Entia ac Reali
rationis. Proprietates Physicae dicuntur quae re
bus ante operaoem ~~Illctus~~ conveniunt, ut Risibile, hin
nibile etc. Sunt duplices: nam aliquae realiter a
Sbctis differunt, ut Risibilitas ab homine, et hinni
bilitas ab equo et calor ab igne etc. Aliquae sola
ratione differunt a suis Sbctis, ut unum, verum, bonum
ab ente, par et impar a numero etc. Sunt q
Proprietates has quae sola ratione a Sbctis diversae sunt
[illegible] Logicas vocent. Physicas a illas tantum,
quae a parte rei differunt a Sbctis.

Notandum 4to. Tunc aliquod Proprium Vi seu Toti
speciei ac generi convenire quando vibus ac singu-
lis ijs qua sub illo Genere vel Specie continentur
convenit. Quod propterea fit quia Proprium fluit
et emanat ex Essentia cuiusque speciei ac generis.
Igitur in quocunque Individuo seu Inferiore ipsa
essentia reperitur etiam Proprium reperiatur
necesse est: sicuti ubiquecunque est fons, ibi etiam
est rivulus. Accidens vero contingens quod non e-
manat ex intima rerum essentia sed extrinse-
cè tantum vel etiam a collectione Individu-
antium Accidentium ipsis provenit; Ideo non con-
venit omnibus et singulis Totius speciei vel Gene-
ris Inferioribus, nisi forte per Accidens quando
talia Inferiora produci non solent vel possunt
nisi cum certis ac determinatis circum-
stantijs, quomodo singulis cygnis candor convenit
et Athyopibus nigredo convenit.

Eadem causa est, cur proprietates semper conueniant suis
subiectis. Cum enim ex eorum essentijs sicut riuuli ex fontibus ex-
oriantur et emanent, nunquam non emanant etc. Deinde
proprietates ideo conueniunt uni soli speciei, non pluribus
quae specificitae ipsae essentiae inter sese ita differunt
et ita inaequales sunt sicut numeri ac proinde singulae
peculiares ex se proprietates profundunt.

Notandum quinto. Proprium physicum primo Intentio-
naliter acceptum siquidem realiter differat a subiecto
habere realem relationem ad illud. u. g. calorem ad
ignem: quae relatio primae Intentionis est, neque Pro-
prium siue quartum hoc Vniuersale constituere potest
sed ut omne Proprium siue Physicum siue Logicum
sit Vniuersale formaliter fiat habeatque illam relati-
onem quae huic Vniuersali propria est et 2da In-
tentio dicitur, debet instar aliorum Vniuersalium
absque Particularibus subiectis suis praecise concipi. u. g.
calidum sine hoc et illo et alijs ignibus.

Notandum .6. Proprium ad uaria referri posse;
Primo ad speciem cuius respectu dicitur esse propri-
um. Secundo ad Inferiora illius speciei: quae ta-
men relatio non nisi unica est in Proprio sicuti u-
nius Patris unica Paternitas qua plures filios respicit

Idq propterea quia proximum eius fundamentum est unica praecisio per quam Proprium non tantum a subiecto proximo quod est species sed etiam a remotis hoc est ab inferioribus subiecta specie contentis praescinditur. Impossibile n. e. Proprium aliquod absq specie ut calidum et risibile absq igne et homine praecisè concipi quin eo ipso etiam praecidatur ab Inferioribus eius speciei n. g. a singulis ignibus et hominibus.

Dubitant aliq an Proprium constituatur universale ut ttum, per istam rlaoem ut ad speciem an ut ad plura inferiora refertur: sed facilè respondetur, utrumq requiri tum ut ad speciem tum etiam ut ad inferiora plura referatur. Nam nisi Proprium plura respiceret universale non esset: Deinde nisi etiam speciem ex cuius essentia emanat respiceret, non esset peculiare universale et a reliqs 4 distinctum. Tertiò Proprium tum in abstracto tum in concreto sumptum referri etiam potest ad subiecta Praedicationis ut Risibilitas ad hanc illamve singularq alias risibilitates. et risibile fle sumptum ad singulas

risibilia etiam sit acceptum. Verum Proprium sit ha-
ceptum non constituit 4 Universale, sed vel ad
speciem ptinet si sit Proprium Speciale, vel ad Ge-
nus si Genericum sit. Ex quo sequitur primo Ri-
sibile in hac Enunciatione, qua dico hoc Risibile est
risibile ptinere posse ad rdm Universale si praedi-
catum appellet formale significatum sbti; sed qa in
pta communem dialecticorum doctrinam apud Fon-
secam l. 8. c. 48. teste etiam S. Thoma
sbta in Enunciationibus capiuntur mlr; Ideo ab-
solute dicendum est: Risibile in eiusmodi Enun-
ciationibus ee praedicatum 4ti Universalis; pinde
ac si diceretur Petrus est risibilis.
Sequitur 2do, Proprium habere duplex sbtm, unum
emanationis: alterum Praedicationis. Emanationis
sbtm proximum qdem vocatur Species sive Genus
ex quo emanat et cui soli, toti, ac semp convenit,
Remotum sunt Individua vel Inferiora vig Speci-
ei aut Generis. Praedicaois sbtm dr id, de
quo Proprium essentialiter in quaestione qd e pre-
dicatur. Respectu sbti emanationis est 4 Uni-
versale. Respectu sbti praedicationis ptinet ad primum

vel rdm universale. Hoc dictis etiam satis
recte a Fon. Proprium, ut ent. 4 universale se
Praedicabile hoc modo describi. Id quod praedica-
tur de pluribus et in quaestione quale accidentali-
ter et necessario. Proximum definitum est Propri-
um rdo Intentionaliter sumptum. Generis loco vel
universale, vel potius mle significatum intelligi pt
quod hic pinde atque in aliorum universalium et con-
notativorum descriptionibus est Res vel ens in
determinate et ita late sumptum ut rationis etiam
Entia complectatur. Reliquae particulae rationis
fungentur vice proprietatis et si in locum rationis
praedicatur substitutas verbum est vel inest, nisi
convenit vice Differentiae fungentur. Per
vocalem necessario excluditur accidens coe; Per
caeteras reliqua 3 ulia. Proprium speciale
et generale non faciunt duo universalia quot
nec Differentia specifica et generica nec acci-
dens specificum et genericum. Quia utrique
aeque ratio de subdo emanationis praedicatur
qui est proprius modus praedicandi huius universi

salis. 4ti. Prædicari a. de specie vel genere vel numero differentibus non facit peculiaria universalia et nisi species et genus aliud discrimen haberent quam quod illa de numero hoc de specie diversis prædicatur non efficerent duo distincta universalia

CAPUT QUARTUM

DE ACCIDENTIBUS

Significationes Accidentis quas Porphyrius in hoc capite habet etiam leguntur apud Fons. et præter illas notandum Accidens sæpissime ita accipi ut opponatur substantiæ per se existenti quod aliqui vocant Accidens prædicamentale eo quod Analogice coe sit novem prædicamentis accidentium et describi potest ee id quod non existit per se et vel e Accidens Inhæsionis quod a. S. Thoma 3. pte. q. 77. a. 1. ad 2. describitur: Id quod aptum e ee in subjecto Inhæsionis. Aptum inqt quia Actualis inhærentia non e de essentia Accidentis, ut ex systemo. SS. Eucharistiæ patet in quo panis et vini accidentia non inhærent in aliqua